



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Benedictio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

1 Benedictæ aquæ aut oleum si addatur aqua non benedicta aut oleum, totum fit benedictum. Quidam tamen aiunt, semper, quod additur, debere minus esse eo, cui additur, quod ego non puto necessarium.

* *Vide Syl. Aqua benedicta.*

2 Benedictio in secundis nuptijs non datur, si alteruter coniugum fuit alias benedictus. Quidam tamen dicunt posse iterum benedici, qui virginem dicit. Sunt & qui velint posse utrumq; benedici, cum alteruter nunquam fuit benedictus. Puto ego seruandam consuetudinem regionis.

* *Nau.c.22.num.83.*

3 Franciscani Sacerdotes, & qui eorum priuilegijs gaudent, possunt benedicere omnia Ecclesiæ ornamenta exceptis Corporalibus, quæ soli Generales, & Prouinciales eorumq; Vicarij possunt benedicere.

* *Syl. Benedictio num. 4.*

4 Abbas qui potest exercere Pontificalia, potest benedicere omnia, vbi non interuenit vñctio. *Ex Conc. Congreg.*

Beneficium, vide Capitulum, Conductio, Clericus, Donatio, Ecclesia, Electio, Episcopus, Excommunicatio, Residentia, Sismonia, Suspensio.

1 **Q**ui habet beneficium sufficiens ad sustentationē, non potest tutu conscientia

B 3 tia